ri, quasi si unusquisque suam habeat & etiam
postquam coniuncti sunt primo in
uxori vir debitum reddat, iustitia
cia hoc exigit, que unicuique reddit
quod suum est. Ro xiii. Reddite omnibus
omnibus debita. Similiter autem et
uxor viro, in hoc enim sibi invicem
ipsi subiecti sunt, & pares licz quantum
ad alia vir presit, quia caput est
mulieris. Infra xi. & hoc intelligendum
est, nisi legitima causa impediat ut
causa infirmitatis, vel loci, vel inde
biti temporis. Mulier sui corporis
hic assignat causam, quare mutuo
debent debitum reddere, quia
neuter habet potestatem in alterius corpore,
et primo hoc ostendit de viro, 2o de
muliere ibi Similiter autem & vir. Dic
it ergo mulier quasi hoc enim proprio, quia
mulier sui corporis potestatem non habet
scilicet ad alium virum recipiendum, vel ad
corpus suum viro negandum. Sed
vir eius potestatem habet. Similiter et
& vir non habet sui corporis potestatem,
ad aliam uxorem recipiendum,
vel ad corpus suum mulieri negandum,
sed mulier habet eius potestatem. In hoc
enim sunt pares & debitores mu
tuo sunt. Nolite fraudare in
vicem. Hic ostendit quod non nisi ex co
sensu debent debitum subtrahere. Ubi
primo ostendit quod licet aliquando continere, 2o
quod non oportet continere. ibi Et iterum reverti
mini. Supra primo ostendit quando licet
abstinere, quia ex mutuo consensu. 2o quare
quia ad tempus. 3o quare, quia propter
orationem magis. Dicit ergo Nolite quia

[Marginal notes, left:]
puer ma a muliere mandu pane scilicet
vel ad continentem
quia vir sub potestate uxoris
ita ut ... aut ... ama
tollant ... et meti ... qui ... ad ... coz

[Marginal notes, right:]
scilicet de suo corpore per car
nalem commixtionem

vel quantum ad actum quia nec
ut scilicet possit pro arbitrio
vel continere. vel alteri se
tradere.

nenit hic potestatem sui corporis / non
licet fraudare inuicem subtrahendo
debitum / nisi ex consensu ad tempus for
te .i. ex condicto et hoc ad tempus / tem
pus enim amplexandi et tempus
longe fieri ab amplexibus. Eccl. iii.
et hoc ut vacetis orationi. oratio
ni que exigit continentiam sub
tracti / Johel ii. egrediatur sponsus
de cubili suo / Thob. viii. Tunc hor
tatus est virginem Thobias di
cens ei / surge sara et deprecemur
deum hodie et cras / quia hiis tri
bus noctibus deo iungimur / tercia
autem nocte transacta in nostro erimus
coniugio / Et iterum reuertimini / hic
ostendit / quod non oportet abstinere
a copula semper / ubi primo ostendit co
pule exactionem / 2o subdit causam
reuersionis / ibi / ne temptet vos
3o causa declarationis / ibi propter inco
tinenciam / dicit ergo et reuertimini ite
rum post tempus orationis in idipsum .i. i
naturalem usum / ne temptet vos
sathanas de adulterio uel fornica
cione / Ephes. iiii. Nolite locum dare
dyabolo / temptet inquam propter incon
tinentiam vestram / sensus enim et
cogitatio hominis prona sunt in malum
ab adolescentia sua / Gen. viii. Hoc
autem dico secundum indulgentiam
hic ostendit quod congressio de coniugio
indulgentia est / non preceptum / ubi primo
dicit quod / coniungi concessit per
indulgentiam / 2o quod nichilominus
magis optat eorum continentiam / ibi
Volo autem omnes homines / 3o quod
nullum constringit ad eam ibi / Sed
unusquisque proprium / dicit ergo hoc au
tem .s. quod dixi de coniugio con
trahendo / non de debito reddendo
hoc enim necessarium est / dico secundum
indulgentiam / non secundum imperium
.i. concedo / non precipio / Et loquitur
hic de indulgentia concessionis
que est de minori bono / non per
missionis uel remissionis / que
est de malo / Volo autem quia hoc in
dulgeo set tamen volo .i. vellem si
esset possibile omnes homines esse

taliter sine exceptione / esse / sicut
meipsum .i. castitatem absque uxore
Ipse enim fuit virgo / unde super 1o dict.
1o. unus electionis est michi glo.
quia integer carne / Sed unusquisque
proprium donum / hic dicit quod
nullum constringit ad continentiam / quia
aliter potest esse salus / unus enim
salutem continendo / alter contrahen
do / primo ergo tangit donum dei
prudentiam / 2o donorum diuersitatem
ibi / alius quidem sic etc. / dicit ergo et
licet ita vellem / unusquisque proprium
donum sibi competens habet / a deo / vel ex deo
utrumque enim tam coniugium quam con
tinentia a deo est / dedit enim uni
cuique uirtutem propriam / Math. xxv. Alius
quidem sic .s. in coniugio / alius non
sic .s. in continentia vidualis / uel virgi
nali similiter / per Aug. lib. de ciuitate
dei. Inquam alius sic alius sic ibi
amandus super omnia deus qui dat
generaliter / quia utrumque est potens
quam proprium / et timendus deus singula
riter quia habet ex deo / diuiterque alius
sic alius sic / Dico autem non nuptis
hic est 2a pars / in qua hortatur ad con
tinentiam statum / ubi primo non
nuptis suadet continentiam / 2o si non con
tinent permittit contrahere / ibi / quod
si se non continent / 3o subdit rationem
quare / ibi / melius enim est nubere
quam uri / Dico autem / quasi ita coni
gati debitum reddant / autem dico
non nuptis .i. virginibus que numquam
nupte fuerunt et viduis que maritis
destitute sunt / dico inquam hoc bonum
est illis bonum .s. supererogacionis
uel meriti / si sic permaneant caste .s. sicut
et ego / infra xi. Imitatores mei
estote etc. / quod si non se continent
ab opere carnali / nubant / tunc enim
nuptie instituta sunt / primo in of
ficium in paradiso ante peccatum / Gen. ii.
deinde vero in remedium post
peccatum / melius enim est nubere quam
uri .i. ardere libidine / non quod hoc
sit bonum / set comparatio est ab usu
luxurie est ignis usque ad consu
mationem deuorans / Job xxxi.

Hic queritur super id / De quibus autem et c(etera) /
glo(sa) matrimonium est coniunctio maris
et femine maritalis inter legitimas per
sonas individuam vite consuetudi
nem retinens / queritur matrimonium inter fideles (?)
tamen et matrimonium infidelium utrumque di
visibile est / R(espondetur) descriptio data non
de quocumque matrimonio generaliter sed
de matrimonio perfecto .i. rato et consuma
to / Item ibidem glo(sa) matrimonii causa
efficiens est consensus per verba de
presenti expressus / queritur ergo dissensus
est causa destructiva matrimonii /
quia contrariorum contrarie sunt cause / R(espondetur)
sicut consensus est causa constitutiva
matrimonii fiendi non facti / ita dissen
sus est causa destructiva / Item
ibidem glo(sa) bona coniugii tria sunt / fi
des, proles et sacramentum / queritur coniugium
est sacramentum nichil autem est de
sui ipsius / R(espondetur) matrimonium sacramentum dicitur
materialiter sed indivisibilitas ma
trimonii quasi formaliter / sicut ymago
dicitur et tabula et pictura tabule / Item
ibidem glo(sa) debent separari causa forni
cationis / R(espondetur) debent separari si in
nocens petit et c(etera) / Item notabiliter (?) / Item
super illud [illegible]
sic glo(sa) / imaginem mulieris idem et mu
lierem non tangere / quod debet omnis
fidelis principaliter observare / quomodo
ergo coniugalis fidelis debet continere / R(espondetur) de
debito honestatis non necessitatis / Item
super illud / Si mulier et vir propter pa
rentem (?) glo(sa) / reddere debitum coniugale
mutuus est amoris / queritur ergo quod dicitur
quia coniunctio viri et mulieris
non potest sine voluptate / nec voluptas
sine peccato / R(espondetur) Gregorius / loquitur de coniunc
tione causa incontinentie / Item super
illud / secundum indulgentiam glosa
in venialem usum / contra si est venialis
non est culpabilis / R(espondetur) usus causa in
continentie venialis est, tamen et cor
ruptum (?) non nichilominus peccatum / Item
super illud / Hoc autem dico secundum indulge
ntiam glo(sa) / permittit qui sic agit / queritur
ergo peccat qui contrahit / R(espondetur) glosa
loquitur de eo qui contrahit causa incontinentie
hic enim peccat venialiter / Item ibidem
glo(sa) continuus (?) utriusque causa [illegible]

inculpabilis est / et hoc plus est
imperialis (?) / queritur ergo connubium causa
continentie fornicatio est / R(espondetur) utrumque
imperiale est / sed illud primum in salu
tione imperatur hic exigitur / Item
volo omnes homines esse sicut me /
queritur nullus sapiens vult impossi
bile / sed tunc nulli essent coniugati
impossibile enim eos virgines esse /
R(espondetur) voluntas totalis absoluta non
est de impossibili / sed conditionalis
sicut vellem si posset fieri / Item ibidem
apponitur / ergo nolebat numerum
electorum impleri (?) / R(espondetur) non
est verum / quia si omnes boni essent /
forsitan tunc numerus electorum esset com
pletus / Item super id / melius est nu
bere quam uri / glo(sa) desiderio concu
piscentie vinci / quod melius est virginitatem
frangendo (?) tempora (?) quam
contrahere matrimonium / R(espondetur) loquitur de desiderio
cum consensu delectationis vel
operis / [illegible] quod bonum est virgi
nibus ut contineant propter multa / primo
propter maiorem puritatem / de qui
bus enim dicitur Apoc. xiiii sine
macula sunt ante [illegible] / 2o propter maio
rem libertatem / Infra eodem qui ma
trimonio iungit virginem bene
facit et qui non iungit virginitate
bene facit / et qui coniungit melius
facit / Mulier enim alligata est viro
quamdiu vir suus vivit / 3o propter
maiorem pacem Infra eodem
si nupserit virgo non peccabit
tribulationem carnis habebunt / ideo con
iugati dicuntur esse in mola Luc. xvii
duo in mola / 4o propter maiorem
sanctitatem Infra eodem que autem
innupta est virgo cogitat que
dei sunt ut sit sancta / 5o propter maio
rem utilitatem Luc. viii aliud
attulit fructum centesimum / 6o propter
maiorem Christi conformitatem / Apoc.
xiiii virgines enim sunt et sequuntur
agnum / Hiis autem qui matrimonio
iuncti sunt / Superius egit de
matrimonio quantum ad copulam car
nalem / hic agit de ipso quantum ad
inseparabilitatem / et primo inter personas
eiusdem cultus / secundo inter [illegible] est
fideles / 3o inter personas disparis

Contra glosam male facit qui dimittit coniugem (?)
fornicantem /

tultus. s. quarum alter est fidelis alter infidelis ibi / Nam ceteris dico ego / Supra primo precipit uxori virum non dimittere / 2° si dimiserit ob causam fornicationis / ostendit quod non debet se alteri copulare ibi / quod si discesserit / 3° idem similiter viro precipit similiter ibi / Et vir uxorem / dicit ergo / his autem quasi / hoc consulo hiis qui non se continent matrimonialiter / hiis autem qui in matrimonio iuncti sunt / s. quodam vinculo matrimonii cuius est licita coniunctio maris et femine / hiis inquam precipio / s. non ego ac si hoc preceptum ex me adinvenerim / sed dominus in propria persona precepit / Matthei xix° quod deus coniunxit homo non separet / Precipio inquam uxorem a viro non discedere / Et subintelligendum est excepta causa fornicationis / unde Augustinus causa fornicationis quam Christus excepit hic tacetur quia notissima est / Hanc solam excepit dominus / ceteras omnes molestias iubet pro fide coniugii fortiter sustinere / Matthei xix° quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit excepta causa fornicationis mechatur / hoc autem quod dicit hic secundum glossam Augustini intelligitur de coniunctione maliter quorum neuter fidelis est / quod si discesserit propter causam s. fornicationis / precipio inquam manere innuptam vivente marito / quia et si solvitur matrimonium quo ad thorum / non tamen quo ad vinculum / aut viro suo reconciliari / s. si vir non continet / Et similiter vir uxorem non dimittat / nisi ob causam fornicationis / Augustinus Similis forma servatur in viro et in muliere / Unde supplendum est / quod de uxore premisit / s. quod si eam dimiserit non ducat aliam / vel reconcilietur uxori / Sed contrarium videtur dicere Ambrosius / qui dicit / ideo non subdidit de viro sicut de muliere / quia licet viro aliam ducere / quia inferior non eadem hac lege utitur / quia et superior / Sed magister dicit / hoc a falsariis esse appositum / et ideo nullatenus est tenendum.

Notandum est hic / quod septem sunt casus in quibus etiam ob causam fornicationis vir non potest uxorem dimittere / Primus / quando ipsemet eam prostituit / 2° quando ipse cum alia fornicatus fuit / 3° quando ipse ei occasionem fornicandi dedit / ut quia non reddidit debitum / 4° quando ipsa credens probabiliter virum mortuum alteri nupsit / 5° quando violenter ab alio oppressa fuit / 6° quando sub specie viri sui fuit ab alio ignorante cognita / 7° quando fuit a viro post adulterium manifeste deprehensum nichilominus retenta / s. Nam ceteris dico ego / hic agit de inseparabilitate matrimonii personarum disparis cultus / s. cum alter est fidelis / alter non / ubi primo dicit quod fidelis non dimittat infidelem volentem sine contumelia creatoris cohabitare / 2° quod si non vult / non tenetur eum sequi / sed potest alii nubere / ibi / quod si infidelis discedit / 3° quod nisi infidelis prior recedit / fidelis debet pariter commanere / ibi Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem / Supra primo ponit admonitionem / 2° admonitionis rationem / ibi sanctificatus est enim / Supra primo loquitur generaliter tam viris quam feminis / 2° specialiter viris / ibi Si quis frater / 3° specialiter feminis / ibi / Et si qua mulier et cetera / Nam ceteris quibus neuter fidelis est / hoc preceptum domini dedi / Nam ceteris ubi s. uterque non est fidelis / sed alter fidelis / alter infidelis / dico ego consulendo non precipiendo / non dominus / dicit hoc ore proprio / ac si diceret / et ego dico eidem licet ipse non dicit ore proprio / dico inquam hoc / Si quis frater fidelis conversus s. ad fidem in coniugio existens / Intellige enim hoc de hiis qui in infidelitate convenerunt / non de hiis qui in disparitate cultus / eorum enim nullum est matrimonium sed erunt separandi / sicut fecit Esdras primo Esdre x° / Si quis inquam talis habet uxorem infidelem / et hec consentit habitare cum illo / sine contumelia s. creatoris / non dimittat illam / consilium est non preceptum / Et qui contrarium

ligit non sit circumgressor secundum glossam Et
si qua mulier hic loquitur specialiter
femina ubi primo supponit fidem
in alio cum dicit fidem et si qua mulier
2o infidelitatem in alio cum addit
virum infidelem 3o in infideli vo
luntate cohabitandi ibi Et hic consen
tit 4o consilium fideli quam mereri ita
dimittat dicit quarto Et similiter si qua
mulier fidelis habet virum infidelem et
hic consentit habitare cum illa sine con
tumelia creatoris Nam si nollet co
habitare sine contumelia nominis
Christi debet eum fidelis dimittere et
contumelia creatoris solvit matrimonium
secundum glossam et per fidelis constitu
si in qua cum est non dimittat virum
consilium est non preceptum licet enim
fideli infidelem dimittere sed tunc
non expediebat Sanctificatus
est enim vir Postea ammonitionem sup
ponit ammonitionis rationem ubi primo
allegat exemplum 2o periculum ibi alioquin
filii 3o fructum ibi Nunc autem sancti sunt
Supprima primo exemplificat de viro in
fideli 2o de muliere ibi Et sanctifica
ta est mulier dicit quarto sanctificatus est
quia cum fidelis infidelem volentem
cohabitare non dimittit hoc autem
ideo dico sanctificatus est enim
etc. hoc dupliciter legitur Primo sic sanctifica
tus est vir infidelis aliquando per mulie
rem fidelem secundum aliquam glossam ut virum per
alium convertitur ad fidem et sic sanc
tificatur et hoc raro forte contingeret
sed sisinnius per theodoram roma
ne tempore clementis conversus est Et sic
sanctificata est mulier infidelis
per virum fidelem scilicet per propriam ammoni
tionem et doctrinam Alio modo legitur
cum fidelis infidelem non dimit
tit sanctificatus est enim vir etc. id est
nullam immundiciam contrahit fidelis
ex cohabitatione vel ex commixtione
cum infideli sed sicut vera pudicitia
[illegible] secundum Augustinum Alioquin filii legitur
dupliciter Uno modo de filiis nascituris
Alio modo de iam natis Primo sic
Alioquin scilicet si discedit et vos aliis
copulatis filii vestri qui de hac copu
la nascentur immundi essent scilicet
spurii quia non de legitimo matrimonio

Nunc autem si permanet scilicet sancti id est mundi
quia de licito coniugio nati Secundo
modo legitur sic alioquin si discedit filii
vestri iam nati immundi essent id est
in infidelitate remanerent sequitur
secundum maiorem partem que tunc erat
infidelium Nunc autem si permane
tis sancti sunt id est christiani sunt Be
atificatus est vir infidelis per
mulierem fidelem Thema in festo
sancte cecilie que convertit virum suum
ad fidem Sunt omnia que regunt
hominem in via salutis proprium et
sequi directionem sanctorum hoc conde
scens per eum sanctorum [illegible] hoc
[illegible] cecilia fecit Sed quod hic dicitur
Sanctificatus est vir etc. In quibus
verbis commendatur ipsius vita gratia
et doctrina Vita sanctissima que notatur in
muliere gratia divina que notatur in fide
sanctificante doctrina sana que
notatur in viri sanctificatione
ut sic sit sensus nobilis permansit
deo summo per fidem per vitam vel
per doctrinam doctrina eius redditur
commendabilior eo sublimior actu obiecti
et oppositi actus est sanctificatio
obiectum est vir oppositum infidelitas
est culpa tenacior viribus sexus
robustior sanctificatio actu diffi
cilior et tamen eum sanctificat mulier per doctrinam
suam convertit incredulum emolli
vit robustum mundavit immundum
et sic sanctificavit infidelem virum
mulier non sine virtutes mulieris
commendabiles que hic conveniunt
ut sint tres virtutes quo ad actum
cordis quo ad actum oris tres quo
ad actum operis Tres prime sunt sapientia
[illegible] Proverbiorum xiiii Sapiens
mulier edificat sibi domum [illegible]
[illegible] Ecclesiastici
edificatio [illegible]
et super hanc mulier in via [illegible]
[illegible] Ruth 3 Scit
omnis populus te esse mulierem virtu
tis Tres secunde sunt modestia [illegible]
multiloquium Eccli xxvi [illegible]
[illegible] non in multiloquio [illegible] est
[illegible] Judith
viii Omnia que locuta es vera sunt
discretio contra stultiloquium Proverbiorum xxxi.

fidelitas

Erit mulier prudentissima et pe/ Judith vi°. Non est ita/ Tres ultime st Sanctiorum in sto/ Judith viii° in prologo/ quia mulier percutiens eos pro- vult/ Verecundia insigne/ Eccl xxvi° Gratia super gratiam mulier sancta et pudo- rata/ Est enim misericordia/ pro vi° ibi- gratiosa/ propter eminentiam honoris dei virginis benedicta tu in mulie- ribus/ Quod si infidelis/ supra ostendit quod fidelis non debet dimit- tere infidelem cohabitare volentem/ hic dicit quod si non vult cohabitare non tenetur fidelis eum sequi/ sed potest alteri nubere/ ubi primo ponitur ipsa concessio/ 2° concessionis ratio duplex/ prima est quia libertas/ ibi non est enim servituti/ 2a est pacis conservationis/ ibi In pace autem/ Dicit ergo quod si infidelis quasi fidelis non dimit- tit infidelem volentem cohabitare/ quod si infidelis vir vel mulier discedit a fidei/ odio fidei discedit/ et tunc potest fidelis qui dimittitur contrahere/ Primum enim matrimonium dissolubile erat quia nunquam fuit ratum/ non enim servituti coniugali subiectus est frater aut soror fidelis in huiusmodi id est in cohabitatione/ et huiusmodi fidelis non cogitur sequi infidelem odio fidei discedentem/ sicut dicit glossa Jo. viii° Si filius vos liberaverit vere liberi eritis/ In pace autem/ quasi ideo discedit fidelis/ quia in pace vocavit nos deus/ ideo non debet litigare cum eo quia odio fidei discedit/ vel sic quasi non/ fidelis non est subiectus servituti etc./ Nihil aliquis cum non dat occasionem discor- die et dissidii prebere/ sed pacem servare/ In pace autem vocavit nos deus/ Non enim est deus dis- sensionis sed pacis/ Infra xiiii°. Unde enim scis mulier/ hic dicit quod si infidelis non discedit/ fidelis debet patienter commanere/ ad quod allegat/ primo spem alienę con- versionis/ 2° permanentiam status proprię vocationis/ ubi Unicuique sicut vocavit deus/ 3° exemplum

in ritu conversionis/ ibi Circumcisus aliquis/ et exemplum in statu con- ditionis/ ibi Servus vocatus es/ Supra primo innuit quod mulier fidelis commanendo viro infideli potest convertere/ 2° quod similiter vir fidelis infidelem potest salvare/ ibi aut unde scis hoc vir/ 3° quod credente patienter commanente/ id est uni- cuique sicut divisit/ Dicit ergo vir scis quid/ et vere debet fidelis manere cum infideli/ enim quia unde scis id est sa- re potes o tu mulier fidelis si vi- rum infidelem salvum facies eum commonendo et convertendo ad fidem quasi dicit hoc potest contingere/ Ambrosius hoc ideo dicit/ quia forsitan pot credere qui horrent nomen Christi/ Aut unde scis id est scire potes o tu vir fidelis si mulierem infidelem sal- vam facies eum ad fidem con- vertendo/ quasi hoc sperare debes/ Ni- si unicuique hoc duplex legitur/ uno modo sic quasi/ unde scis hoc nisi ma- neris tecum super eadem comparem sicut deus divisit unicuique id est vi- ro posse mulieri subesse/ 2° modo sic quasi unde scis hoc nisi per patienter ex- pectes finem/ sicut divisit deus unicuique id est ordinavit de unoquoque qui credunt et qui salventur/ 3° tu debes expectare et commanere/ Ro xii° Unicuique sicut divisit deus/ et Unumquemque sicut vocavit deus ita ambulet/ hic ostendit quod fidelis debet manere cum infideli coniuge/ alle- gans permanentiam in statu proprię vocationis/ primo ponit allegationem di- vinam vocationi/ 2° suam auctoritatem ibi Sicut in omnibus ecclesiis doceo/ Unumquemque quasi quasi et quasi scis hoc o vir vel mulier quemquam ambulet perseveranter/ ita sicut deus vo- cavit unumquemque id est in quo statu vo- cavit deus unumquemque/ non aliter et sicut/ quasi et hoc non predico in certa urbe/ sicut in omnibus ecclesiis doceo/ Turpis enim est pars quę suo toti non convenit/ Est quod suadeo

tibus / Unusquisque debet manere in eo
statu in quo vocatus est. Deinde / ergo
si vocatus aliquis in coniugio debet
manere in ipso / Servus / Si habens
uxorem manens cum ea / si non habe-
as ducere non concupiscas / Circum-
cisus aliquis / hic ponit exempla. In
primo ponit unum exemplum / 2° exemplum ponens
ibi / Circumcisio enim nichil est / 3° regu-
lam generalem ibi / Unusquisque in
qua vocatione / ponit autem exempla
in ritu vivendi / primo iudeorum / 2°
gentilium ibi / In preputio quis vocatus
est / dicit ergo circumcisus quis / Unusquisque
ambulet in eo statu in quo vocatus
est et ubique / circumcisus aliquis vocatus
est id est in ritu iudaico / non adducat /
id est non cogitat adducere preputium
id est ritum gentilium / In preputio id est in ri-
tu gentili aliquis vocatus est non cir-
cumcidatur id est non cogitat circumcidi in
carne / August. / Berna et ubique apostolus
quod congruere videtur cuique sive
iudeorum sive gentilium / unumquemque enim
auferre consuetudinem que fidem
non impedit salutem / Ergo si coniugium
non impediat debent vocati in co-
niugio permanere / Circumcisio enim
nichil est / hic subdit rationem exempli generalis
talis / ritus non impediens salutem
non debet mutari propter vocatorum ad
fidem / sed ritus tam iudaicus quam
gentilis est huiusmodi ergo etc. / Assumptio [illegible] arguit
in minorem / primo quia circumcisio / que est
ad salutem indifferens / 2° quod est
necessarium et expediens ibi / Sed obser-
vatio mandatorum / dicit ergo circumcisio
nichil est id est nichil prodest vel obest
quod talis vel talis ritus vivendi
nichil proficit ad salutem / [illegible]
In preputio idem nec circumcisio aliquid
valet / nec preputium sed nova creatura
in Ambrosio / Ad salutem non prodest nec
obest iudaicus aut gentilis ritus
sed observatio mandatorum dei ad
prodest / Sup. v° Custodire legum
confirmatio incorruptionis / Unus-
quisque in qua vocatione / hic con-
cludit regulam generalem dicens / Unus-
quisque / quasi ita / gentilis non indu-
preputium est id est non prodest

cat circumcisionem vel equivalens / sed po-
tius Unusquisque in qua vocatio-
ne vocatus est id est in ea conditione
vocationis non repugnante / in ea per-
maneat / et dicit in qua non alia /
glo. August. / hoc enim ad eas conditio-
nes vel consuetudines vite retulit
que nichil obsunt fidei / bonisque
moribus / Dicit enim coniux / sic et
latro ad fidem vocatur / sed ille
in coniugio non adulterio / ille vero
non in latrocinio sed a latrocinio / non
enim licitum est ut coniuges desinant
esse coniuges propter fidem / sicut
licitum est ut latrones desinant
esse latrones / Et hic quod supra id
uxorem a viro non discedere glosa /
Solam causam fornicationis dominus
excepit / ceteras non omnes molestias
iubet fortiter sustineri / Contra
Levitici xiii° precipit lex leprosum
extra castra pellere / ergo leprosum debet
uxor virum dimittere / Ad id licet
posse ob leprosum discedere a cohabita-
tione non tamen a thoro / quin aliquotiens
tenetur reddere debitum preter cum ma-
nendo / Item ante viro suo recon-
ciliari contra Deut. xxiiii° dicit quod
semel repudiatam non potest amplius
reconciliari / Ad id / illud habeat locum
in repudio legali / id enim indulgetur
[illegible] / lex enim erat servitutis /
sed [illegible] pietatis / Item supra id / Vir
uxorem non dimittat / glosa id
non subdit de viro sicut de muliere
quia licet viro aliam ducere / Contra
August. dicit hic quod similis forma
debet servari in viro et in muliere /
Ad id primum in libro Ambrosii casta-
[illegible] ad [illegible] vel [illegible] quod
Ambrosii [illegible] in repudio [illegible]
[illegible] / [illegible] in repudio legali lice-
bat viro [illegible] non uxori quia
licebat antiquitus uni viro habere
plures uxores / non ergo propter repudium
[illegible] non solvebatur matrimonium / Item
[illegible] ergo dico non dominus sed
[illegible] enim vos audit me audit /
Ad id non dominus dicit ore proprio sed inspi-
rando / Item supra id / Si quis frater
uxorem glo. coniux fidelis potest licite

dimittere infidelem, quamvis catholicam
non possit dimittere hereticum. Ro. glo. lo.
de infideli qui caret sacramento
fidei, non solum fidem. Item illud glo.
non est reprehendum matrimonium quia ex
decretum dei factum est, contra matrimonium
continentiam causa voluptatis non est
matrimonium. Ro. contra decretum dei matrimonium
contrahi dicitur quod contrahitur inter personas
lege divina prohibitas. Item si qua
mulier habet virum infidelem etc. contra
iudeos quare iudeus debet dimittere vxorem
iudeam cohabitare nolentem. Ro. sed
est hodie quam tempore primitive ecclesie
quia tunc erat spes conversionis,
nunc autem potius est spes subver-
sionis propter obstinationem infideli-
um. Item super illud: quod si infi-
delis discedit, discedat. Nota si fidelis dimittere
cedat viro non ero vxor tamen non in
adulterio dimissa aggeramus, contra
d. xix. excipit sola causa for-
nicationis. Ro. tunc debet dimitti
ne scandalum ad tempus, non ut separatio
semper. Item super id non enim
est servituti subiectus. glo. con-
tumelia creatoris solvit ius matrimo-
nii in eo qui relinquit. Contra ma-
trimonium semper est inter duos
ergo in utroque solvitur, ut in illo
Ro. matrimonium solvitur in utroque
impedimentum resultans, ex matrimonio
tamen manet indissolubile.
Item circumcisio nichil est, contra cir-
cumcisio prodest si legem observes.
Ro. an Christum prodeat, sed non post.
Item super id unusquisque in sua
vocatione. glo. ad salutem nichil
prodest, nichil obest, prodiuius ut
generaliter, contra Gal. v. Si circumci-
damini Christus vobis nichil proderit. Ro.
glo. loquitur de ritu consuetudinis exter-
ioris non de ritu divini colendi etc.
Servus vocatus es, non sit tibi
cure. Supra ostendit quod si infidel
coniunx non discedit, fidelis debet eum
patienter commanere. Primo ad hoc
allegando spem conversionis infi-
delis. 2o pertinentiam instantem prae-
vocationis. 3o exemplum in conditione.
Hic 4o allegat exemplum in statu condicio-
nis. Ubi primo ipsum exemplum ponit, 2o

ponit exemplum subdit ibi: cum enim domino.
3o ex hoc regulam generalem concludit
ibi: unusquisque ergo. Circa primo
ponit in aliquo statu servili. 2o
supponit libertatis possibilitatem ibi:
sed et si potes. 3o hortatur permanentiam
ad salutem ibi: magis utere. Dicit ergo
servus, quasi unusquisque in qua
vocatione vocatus est in ea perma-
neat. Sed dicit: servus vocatus
es ad fidem Christi, non sit tibi cure,
nec si velis servitutem effugere, [ipse apl'] sicut
Honesymus servus Philemonis, qui
ad eum confugerat et per baptismum vene-
rat ad dominum, ut in epistola ad Philem.
Sed potius si potes fieri liber, ma-
gis utere servitute, quia causa
humilitatis, et sicut ait Ambrosius, tanto
quis despectior est in hoc seculo prop-
ter dominum, tanto magis exaltabitur in futuro,
contra tanto quis deo preciosior, quanto
propter eum vilior. Boec. in omnis
fortuna timenda sit [magis] prospera quam
adversa. Qui enim in domino voca-
tus est. Hic subdit exemplum, et primo
subdit exemplum ex parte servorum, 2o ex parte
liberorum ibi: similiter qui liber. Et e-
sunt 3o talis inequalis servitus et liber-
tas sicut indicativa ostenditur, sed solum
debemus esse solliciti de pertinentibus
ad salutem, ideo provendum debet esse
nobis servitus et libertas. Dicit ergo:
qui enim in domino, quasi et vere non debet
curare, enim quia qui in domino id est fi-
de domini vocatus est servus servitute
corporali, libertus est domini, quasi a domino
manumissus libertate spirituali est
autem libertus a servitute libertus et
talis a servitute peccati, a domino est li-
beratus, non domini libertus. Ro. viii.
Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis.
Similiter qui liber vocatus est,
hic ponit exemplum ex parte liberorum, ubi primo
tangit in liberis conversis debitum ser-
viendi, 2o servitutis exemplum ubi: precio
empti, 3o servitutis obligationem ibi:
nolite. Dicit ergo: similiter et qui liber
vocatus est libertate corporali, servus
est Christi servitute spirituali. Ro. 1o
Paulus servus Ihesu Christi etc. Precio,
sive servus sive liber, omnes tamen

sunt sanguine xpi / et hoc tamen utique iustum est /
quia precio empti estis / non dico quo /
/ quia precio inestimabili scilicet sanguine christi
1 petri 1o Non corruptibilibus auro vel
argento redempti estis de vana vestra
conversacione sed precioso sanguine
etc. / et quia tanto precio empti estis etc. /
Nolite fieri servi hominum / postponendo
servicium dei et vos humanis supersti-
tionibus occupando / hoc enim faci-
ebant isti vii Cor 1o Ergo sum pa-
uli / ego autem apollo / unusquisque ergo
in quo vocatus est / scilicet statu
in quo statu vocatus est frater id est
fidelis / et in hoc permaneat apud deum
id est observando divina mandata et in
eius perseverancia usque in finem hic
salvus erit / mt xxiiii. Ergo si con-
iugatus vocatus est ad fidem maneat
in coniugio servando fidem etc.
Virginibus autem preceptum
domini non habeo etc. / hic incipit 3a parte in qua agit de
virginitate / ubi primo agit de virgini-
bus / 2o de virginum custodibus / ibi
Si quis autem turpem se videri existimat
/ supra / primo dat virginibus primo
de virginitate consilium / 2o mulieribus
dat vivendi bene modum / ibi Sed utrique
dico fratres / 3o ostendit quod magis ex-
pedit eis servare continenciam propositum
ibi / Volo autem vos sine sollicitudine
esse / supra / primo virginitatem consulit
et laudat / 2o matrimonium tamen continenti
concedit et supplet / ibi Alligatus es
uxori / 3o matrimonium continendum defen-
dit et a se eo excusat / ibi Si autem
acceperis uxorem / supra dicit duo de
virginitate primo quod non est fundata
ex precepto / 2o quod est fundata ex consi-
lio / ibi Consilium autem do / ubi po-
test duplicem rationem quare istud consilium
est fundandum / supra est consilii
auctoritas / 2a ratio consulte dignitas
/ ibi Existimo ergo hoc bonum / dicit ergo
de virginibus quod non ad virginitatem non serva-
dis preceptum dei / de virginibus autem pre-
ceptum domini non habeo / necessarie continere
ut ut iubeamus / quod enim dei dico-
dus mt xix. dixit continendo / qui
potest capere capiat / virginitas
enim secundum aug. res est voti non
precepti / suadendi potius imperandi non potest /

de suadenda continencia precepta

consilium autem do / de continendo
consilium scilicet michi a spiritu sancto inspi-
ratum / ecclesiastici 32 / consilium semper a sa-
piente perquire / consilium inquit do
et hoc tamquam consecutus a deo mi-
sericordiam id est apostolatum in misericordi-
ter concessum / consecutus inquam
ad hoc ut sim fidelis in dispen-
satione michi credita / sic credi-
dium est in meo consilio / luc xvi. Ce-
pitus est fidelis / firmus / hieronimo
quia ex inimici dicta sint ne esse fide-
lis consiliator non debuit consilium
indigentibus abscondere / et est argu-
mentum quod est acquiescendum
consilio plurium / Existimo ergo / hic an-
gelica dignitas eius quod consulit /
et hoc duplex / una quia expediens
bonum / 2o quia honestum / ibi / Quoniam
bonum est / dicit ergo / existimo / quod / et quia
fideles consiliarius sum / existimo
ergo hoc bonum esse manere sic virgini-
tate / et hoc propter instantem necessi-
tatem coniugum scilicet vitanda quibus con-
iugatus necessitates instant sicut dur-
esse et molestias gen. xxiiii. Cum wlgentis
dicit / quod matrimonium magnum onus / existi-
mo inquam et me / quoniam bonum est homini sic
esse scilicet in virginitate / bonum scilicet honest-
tum propter puritatem delectabile /
propter libertatem utile propter mercedem /
quia ei debetur aureola / et summa
centesima / glossa mt xiii. August in glossa
Superegreditur virginitas condicionem
humane nature per quam homines angelis
assimilantur / maior est enim victoria
virginum quam angelorum / angeli enim
sine carne vivunt / virgines vero in
carne triumphant / Alligatus es
uxori / hic matrimonium continenti concedit
et supplet / ubi primo dicit quod
coniugatus non debet querere divortium
/ 2o consulit quod solutus non querat
coniugium / primo Solutus es ab uxore
ergo / alligatus quia etsi licet continere sive se
tamen si alligatus es uxori noli querere
solucionem / maxime si bona est / Ecc.
vii. Noli discedere a muliere sensata
Et dicit alligatus / quia duplici vinculo
ligantur scilicet consensu primo matrimonii initia-
ti et copula carnali / primo matrimonium consu-
mati / sic enim cum uno ~~vinculo~~ id est solo vinculo
consensu ligantur esse / possunt querere se-

lucrandis intrando religionem / solutus
es ab uxore / noli querere uxorem / si non
potes continere / quia sicut dicit apo
stolus / ad cor. vii°. Si ita est causa
hominis cum uxore non expedit nu
bere. Si autem acceperis / id est matri
monium excepisti contrahendo apostolus /
ubi primo ondit quod matrimonium potest
contrahi sine peccato / 2° quod levius
est esse sine coniugio / ibi tribu
lacionem tamen / In prima primo promit
virtutem de non virgine / 2° de virgi
ne / ibi Et si nupserit virgo / Dic
go si autem / quasi si solutus es noli
querere uxorem / dicit sed tamen si ac
cepis uxorem bono fine / non
ad explecionem libidinis / non peccasti
hoc est argumentum contra
contra hereticos qui contempnunt ma
trimonium de quibus i thy° iiii° prohi
bentes nubere / et similiter si nupse
rit virgo deo dicata / quia sed
Ieronimum venerabilis virginitatem non
solum nubere sed etiam velle nubere
peccatum est / non peccabit nubendo /
Alioquin peccasset beata virgo cum de
sponsata esset ioseph / tribulacionem
tamen carnis habebunt huiusmodi i.
coniugati i. afflictionem pro rebus
necessariis perquirendis / et filii et filiis
suis / unde levius est non esse in
coniugio / ego autem vobis parco q. co
silio caveatis coniugium / quam con
cedo peccando in hoc infirmitati
vestre vel sic / ego autem vobis parco in
hoc quod consulo cavere tribulaciones
carnis / Notandum est hic quod
sancta virginitas coniugio beatior
est propter multa / quia primo maius
meritum consignat / Apoc xiiii°. hii
sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati virgines enim / Sic beatum
est sicut continens ab corrupcione /
2° quia animam decorat et or
nat / Sic frequenter in scriptura in
venitur pulchra virgo / Gen xxiiii°
quia pulchrum est castum genus
can. iiii° tam pulchra es / 3° quia
angelis celi assimilat / sicut dicit
hic glo / et mt xxii In resurrectione neque

// vo vigo

neque nubent sed erunt sicut angeli
dei / Jo. in carne preter carnem /
4° quia xpo desponsat ii Coro
xi° Despondi enim vos uni viro / 5°
quia deo iungit et approximat ps
Adducentur regi virgines post eam
Sap vi° Incorrupcio facit proximum
deo. Je. iii° Dux virginitatis mee
6° quia ceteris statibus ponde
rat Eccl xxvi° Non est digna po
deratio anime continentis / Sic e
enim in mundo migit virginem bene
et qui non in / 7° quia odorem
bone fame spirat luc. 1° de / Et
nomen virginis maria / Cant ii°.
Sicut lilium inter spinas / Sicut et
8° quia ad nuptias eternas
invitat / Mt xxv° que parate erant
Sed hec quia ad simulacrum differ
re est xliii° Filia patris abscondi
ta est etc / hec quia ... sing
... corrupto inclinat
... / pulchritudo afficit aspectum
... Hoc itaque dico fratres / hic
est 2ª pars / ubi nubentibus sine
imperio ondit bene vivendi mo
dum docens / 1° qualiter utantur
uxoribus / 2° qualiter fortune
casibus / sive eventibus / ibi / et qui
flent / 3° qualiter mundi rebus seu
possessionibus / ibi Et qui emunt
4° subditur ratio in hiis admonicionibus
/ ibi / preterit enim figura / In prima i.
phrasis ... / auctoritas consilium / hic
itaque dico / veritatem consulendo / tem
pus breve est / forma consilii / re
liquum est etc / Dic ergo hoc itaque
q.d. ... non est peccatum nubere / hoc
itaque dico o fratres / si coniugium quia
breve est quod sic non generacione
carnali perfruendum est prius di
sed regeneratione spirituali colligendus
2ª glo / et quia tempus breve est / re
liquum est / i. hoc solum restat agen
dum / ut qui habent uxores sint
tamquam non habentes / studendo sa
nitati dei / non opere carnali debitum
s. reddere / non exigendo / vel dicit sunt
tamquam non habentes / non dico tamen
non habentes / sicut erant antiqui patres

propter quod dicit Augustinus / presbiter Iohannes non profertur coniugio Abrahe / Sed heu hodie fuerunt ex quia qui non habent sunt tamquam habentes / Et videndum quod tamquam non habet uxorem est / qui uxori debitum reddit / nec exigit / uel propter infirmitatem uxorem ducit / dolens quod sine ea esse nequit / uel puri affectu continentiam custodit / uel timens quandoque de prole adulterium dei uxorem propter tamquam sit / Et qui flent pressuris coniugii / uel per aliqua aduersa seculi / sint tamquam non flentes consolati spe appropinquantis boni futuri / Eccli. vii. Non contristabit iustum quidquid ei acciderit / Et qui gaudent per aliqua prosperitate seculi tamquam non gaudentes / sed semper in timore existentes imminentis mali temporalis / Eccli. xi. In die bonorum non immemor sis malorum / Et qui emunt / hic describit qualiter utantur mundi rebus / et primo quomodo uti debent acquirendis / 2o quomodo acquisitis ibi / Et qui utuntur / dicit ergo / Et qui emunt ut faciunt coniugati ad prouidendum filiis / sint tamquam non possidentes. i. possessiones terrenas sedentes / sed super non apponendo cor rebus presentibus / ps. Diuitie si affluant nolite cor apponere / Eze. vii. Qui emit non letetur / et qui uendit non lugeat / Et ne uir colligatur / qui utuntur hoc mundo i. rebus mundanis non dico fruuntur / ut mali quorum finis fruuntur sine / qui dicunt / Sap. ii. ffruamur bonis que sunt a piribus / sed qui utuntur eis ad finem debitum referendo / sint tamquam non utantur. i. non adherentes eis nimia delectatione / i. Thi. vi. Habentes alimenta et quibus tegamur / his contenti simus / Preter actum quem coniugibus ponit / et dicit actum eorum pro solicitudinem mundanorum. flere. gaudere. emere. uti / duo primi pertinent ad affectum / duo alii pertinent ad effectum / Ex hiis enim cum solicitudine generatur duplex affectus f. i. estimatio boni ad respectum boni ex quo generatur duplex effectus f. emendi. respectu non habitorum / uti respectu habitorum / Et secundum hoc ponit apostolus consilium competens in his quatuor actibus / Preterit enim figura huius mundi / hic subditur rationem dicti admonitionis / que talis est / transitoria sunt reputanda quasi non sint / sed talia sunt mundana presentia quasi non sint reputanda / Et hoc exprimit / preterit / quasi ideo mundana quasi non sunt estimanda / Et quia preterit figura. i. exterior pulchritudo / uel quod est ibi fictile conueniens secundum fragilitatem / transibunt enim qualitates mortales et remanebunt immortales / i. Io. ii. Transit mundus et concupiscentia eius / omnia uendita / quia figura non substantia mundi non paradysi preterit / non sistit / Et hic queritur super id / Si potes fieri liber. glo. quanto quis pre deo desperitior est in hoc seculo tanto magis exaltabitur in futuro / contra ergo magis exaltabuntur boni subditi quam boni prelati / Respondeo glo. intelligenda est ceteris paribus / Item super illud / Unusquisque in quo uocatus est glo. Sed in contra quia non uocatus est in statu seculari non debet intrare religionem / Respondeo apostolus loquitur de statibus pertinentibus ad salutem non de impedientibus / Item super id / Existimo hoc bonum esse glo. Maiorem victoriam virginum quam angelorum / contra quia maior conatus hominis erunt maiores angelis non solum equales / Respondeo maior extensiue i. multiplicior quia habebunt ante olim non solum aureolam / Item super id Bonum est homini sic esse glo. In virginitate contra Gen. i. Crescite et multiplicamini / Virginitatis ante contra est hoc precepto non est preceptum / sed datum ... adempte sufficit multiplicatione humani generis / Item super id / Qui habent uxores glo. Tempore gratia uidendum est / que pro corpore parti consensu continentiam seruare poterunt / contra tamen unusquodque beatius est quanto magis coniungitur fini suo / Finis autem

sine possessionibus

= sunt

Responsio de precepto

coniugii est gravato plia / Ideo expone
coniugia i. coniuges / ut dictum est quod
ille non est ultimus finis coniugii /
sed adimpleto numero electorum quod cum
impletum fuerit omnes continentes / Item
super id / preterit figura huius mundi
glossa ius in medio mundanorum cum
conflagratione huius mundi preteribit non
substantia sed figura / Et ipse petrus proponens
celi magno impetu transient / Et
ille transitus et illa solutio secundum
est non substantialis .i. secundum qualitates /
non secundum substantiam / Volo autem vos si
ne sollicitudine esse / Exponit de
dicto primo virginibus consilium con
veniendi / 2o intelligentibus documentum
bene vivendi / hic 3o ostendit quod magis
expedit status continendi / et hoc ostendit
primo ratione maioris tranquillitatis /
2o ratione maioris securitatis / ibi et mu
lier innupta / 3o ratione maioris u
tilitatis / ibi porro hoc ad utilitatem
vestram / primum ideo tamen est / tranquilli
tati et amore solius dei / preferenda
est sollicitudini mundanorum / hanc
supponit / sed continentes huiusmodi tranquil
litatem / coniugium sollicitudinem
mundi / ergo status continentium
preferendus est statui coniugatorum /
primo ergo dehortatur sollicitu
dinem secularem / 2o subdit quod conti
nentes non sunt solliciti nisi in hiis que
sunt dei / ibi qui sine uxore / 3o ostendit
quod coniugatos oportet esse sollicitos in
hiis que sunt huius mundi / ibi qui
autem cum uxore / dicit ergo volo autem
quasi si nubis predictum facite consilio
autem sed magis vos volo esse sine
sollicitudine rei uxorie / phil. 4o
Nichil solliciti sitis et exhortatur
nos scriptura ad sollicitudinem et ephesios
cum intelligitur ut hic / volo vos
sine sollicitudine esse / cum ven
tum quasi ut vos ne solliciti sitis de
cras / cum crastinum / mt vi / Experimento
sollicitorum probatur / circa hoc volo
quia qui sine uxore est / sollici
tus est / que domini sunt / quomodo placeat
placeat deo / non enim hic ex convictione
illorum qui dicunt / duxi uxorem
dixi / et ideo non possum venire / sollici

tus in gratia s. quomodo placeat deo
meritorum s. pulchritudine / Regnum in
ps / Specie tua et pulchritudine tua affe
lix cuius votum est uxorem fuge /
re et sollicitudo deo servire / et in
tento deo placere / Qui autem
cum uxore est / hic quod coniugatos oportet
esse sollicitos / in hiis que sunt mundi /
ubi implicantur mulier / Contra / Vin
culum coniugale / ibi qui autem cum uxore
studium mundiale / ibi sollicitus
est / subiectio uxori / ibi quomodo place
at / divisio operis / ibi et divisus est
dicit ergo / qui autem cum uxore est in ma
trimonio / sollicitus est que sunt
mundi / ut de regimine familie et
huiusmodi / unde iacob accepit uxoribus
ait / Gen xxx / Iustum est ut ali
provideam domui / sollicitus etiam et
quomodo placeat uxori / unde hic sive
pro se liceret ornare / Item glossa
amaritudo magna in domo / uxor
tristis / et talis divisus est / non natura
sed actu / divisione s. officii / non in
tentionis principalis / unde glossa pre
sunt deo / preterit mundo / Et mulier in
nupta / hic ponit 2am rationem quod
magis expedit status continen
tium / quia maiore ratione maioris
securitatis / Et est ratio sua talis / securita
ti et amori dei preferenda est cogi
tatio que sunt mundi / aliter in
nupta studet securitati et amori dei
nupta mundo / ergo etc preferenda isti
primo ergo tangit studium innupte
quia cogitat cum talis placere deo /
2o studium nupte / quia cogitat pro
placere mundo / ibi que autem nupta
est / innupta implicat cum / continentia
status cogitatur et fructus / scilicet
honestum / quia in nupta et virgo
cogitatur etc / quia cogitat que
domini sunt / multiplice fructu / quod
ut sit sancta etc / dicit ergo et similiter
mulier innupta i. vidua et virgo co
gitat i. intentionem habet familiaritatem
cogitandi que domini sunt i. spiritualia
et eterna / cogitat in gratia ut sit sancta
magis quam nupta / uxor enim in nup
te sunt sancte / magis et amplius
non nupte et in corpore et in spiritu sancte

studeo

sanctificationem intelligi voluit / non corporis
nuptias / sic sanctificatione pri-
uatiue / seu integra corpore et corporalibus
actionibus / et spiritu et spiritualibus actio-
nibus / vel sancta corpore contra vitia
carnalia et spiritu contra spiritualia / Que
autem nupta est / hic tangit solli-
citudinem imperfectam / ubi implicantur
primo coniugium 1o studium ibi / Cogitat
que sunt mundi / et plus quam ad dominum /
2o quo ad sponsum / ibi / Quomodo
placeat viro / 3o quo ad Que autem nupta
est / cogitat que mundi sunt id est de cu-
ra filiorum de regimine domus et huius-
modi seu pueris inconuenit sunt ho-
noris sociorum / diligit maritum etc /
tho 3o Cogitat integra quo pla-
ceat viro / In hoc fine ornamen-
tis se non permittit / Cum magis debet
studere ei placere ornatu morum
quam vestimentorum / 1 Thi ijo mulieres in habitu
ornatu ornantes se / non in tortis
crinibus / auro aut margaritis et ves-
te preciosa etc / Porro ipsa ad uti-
litatem vestram / hic allegat ra-
tionem scilicet maiorem utilitatem / Et est
ratio talis / Illud quod est utilius
magis expedit eligere / sed continere
utilius est quam nubere / ergo magis
expedit eligere continentiam / quam nup-
tias / primo ergo ostendit / quod utilius
continere / 2o quod honestum est / ibi / Sed
ad illud quod honestum est / 3o quod faci-
le ibi / Et quod facultatem / Dic ergo /
Porro / quasi consilio non interdico / Porro
hoc ad utilitatem vestram meliorem
dico / ut expediat deo seruiatis / quando
sic mortificatur caro / que est ini-
mica spiritus / Augustinus Sed inimicus
occisus non facit tibi iniuriam / sic
caro mortificata non turbat ani-
mam / Dico integra non ut laqueum
fornicationis id est sub incontinentie est
vobis iniciam aliquid difficile / super hoc
statuendo / ymo potius laqueum
poneret / si consuleret nubere / quando de-
bitum exigere debet / Eccl. vij quod laqueus
venatorum est / Sed porro intendere
et monere ad illud / quod honestum
est / ad permanendum corpore et animo
/ non quia coniugati status non sit ho-

nestus / Sed quia virginitas honestior
Augustinus / non minorem turpe esse
monstrauit / sed quod honestius
erat / quanto honesti nomine co-
mendauit / Et mouens ad illud /
quod facultatem prebent absque ob
seruandi se domino / id est ad seruitium domini /
et hoc sine impedimento / quod est
in coniugio / ij Cor xjo despondi
vos vni viro virginem castam ex-
hibere christo / Hec eligendus est sta-
tus continentie / ubi maius gau-
dium / et hoc ad utilitatem / minus
periculum / quia non ne laqueum / ma-
ior honestas / quia ad illud quod
honestum / liberior facultas / sine
dubio / quia facultatem prebet etc /

Notandum est hic / quod multiplex
est hic sollicitudo bona / Prima pre-
lationis / sic nauta sollicitus est
de regimine nauis / pater de filiis
Ro. xij / Qui preest in sollicitudine /
2a predicationis / sic pedagogus
sollicitus est de puero / doctor de
discipulo / ij Cor. vijo fiducia huius
loqui ad vos multa / in multa solli-
citudine / 3a dilectionis sic cura
uxoris / est sollicitus de quadam
ne amor / Ephe iiijo Solliciti ser-
uare vnitatem spiritus in vinculo
pacis / 4a compassionis sic vir miseri-
cors sollicitus est de egenis et afflictis /
ij Thi. 1o Cum venissem romam
sollicite me quesiuit et inuenit /
5a deuotionis sic primus sollicitus
est de placendo deo / religiosus
deo / Mich. vjo Indicabo tibi o homo
quid sit bonum / Et quasi sollicite ambu-
lare cum deo tuo / 6a custodie
sic speculator de castro custodien-
do / Deut. iiijo Custodire animas
vestras sollicite / Corpus eius car-
nis / anima cum potentiis / quasi
castrum est / 7a actionis / sicut ag-
ricola sollicitus est de opere per sue
dos / Luce xo Martha Martha sollicita
es / ij Thi ijo Sollicite cura te ipsum
probabilem etc / 8a prouisionis sic
dispensator de domo / de temporali
pater de prole / quando dicit / Ro. xijo So-
licitudine non pigri / Signum autem
turpem / Supremus autem de virginibus

pe

Hic agit de virginum custodibus osten-
dens primo quod licet eis virgines
suas coniugio copulare 2° quod
non similiter impune licet nisi post
mortem viri contrahere ibi Mulier
alligata est. Supra primo ostendit
quod custos potest dare virginem
suam in coniugio 2° quod non peccat
hoc faciendo ibi Non peccat si nu-
bat 3° quod etiam bene facit eam
servando ibi Nam qui statuit. Dicit ergo
licet utrumque sit bonum tamen hoc est
melius. Unde ibi Igitur et qui matrimonio
iungit. Supra primo supponit in
virgine aetatem nubilem 2° nuben-
di voluntatem ibi Et ita oportet fieri
3° dat nubendi licentiam ibi Quod
vult faciat. Dicit ergo Si quis autem
quasi esse sine coniugio honestius
est et expedientius autem secundum [illegible] per-
turpe existimat se videri apud in-
dicium hominum super virginem sua
